



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Quarta Conclusio. Quando contentio esset de electione aliquorum, nec  
esset via humana dirimendi litem, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

natus sorte quæritur, quia scilicet nondum erat plenitudo Spiritus S. in Ecclesiam effusa. Septem autem Diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati.

*Quarta Conclusio. Quando contentio esset de electione aliquorum, nec esset via humana dirimendi litem, utpote quia esset paritas utrique in omnibus, scilicet votis, doctrina & meritis, & ambo moraliter essent equè digni: tunc litem sorte dirimere non esset illicitum, si debite conditiones seruentur, ut exitus rei à Deo expetatur prævijs orationibus eo modo quo D. Matthias electus est iuxta d.c. Non exemplo.*

**G**LOSSA & Turrecre. in cap. Quod autem 26. q. 2. Aurea Armilla in verbo Sors, & alij alibi.

*Quinta Conclusio. Licitum est ut in sortibus in electionibus ad temporales & seculares dignitates, quæ ad terrenam dispositionem ordinantur.*

**H**ANC Conclusionem communiter DD. citati tenent. Tamen in tali electione obseruandum, ut prius electis quibusdam idoneis, deinde fors mittatur: Aliàs si imprudenter fieret, & cum periculo boni communis, & iustitiæ,